



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

16. Quisque ordinandus utilis sit Ecclesiæ, & in ea adscribatur, functurus
suis ibidem muneribus. Desertor puniatur. Nemo peregrinus sine litteris
commendatitijs sui Ordinarii celebret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

quod rationabili ipsius Episcopi iudicio, in quo ipsius tantum conscientia onerata erit, videantur à confessionibus suspendendi, cum precipua ministri qualitas sit integritas vitæ, ac morum honestas, & ea causa ad ministerium confessionis pertineat, asserit Aldan. in *compendio canonie resolutionum lib. 1. tit. 13. num. 4.* referens ita decidisse sacram Congregationem Episcop. & Regular. in *Oriente, 30. Augusti 1630.*

47. Episcopos, locorumque Ordinarios nullo pacto adimere posse facultatem audiendi Confessiones omnibus simul vnius Conuentus Regularibus Confessarijs sacra Congregat. inconspicua, tenet Aldan. d. tit. 13. num. 5. attestans eandem S. Congregat. ita censuisse sub die 20. Novembris 1615.
48. Iusta atque legitima existente causa bene posse Episcopos Confessarios etiam Regularium approbationem, ac iurisdictionem restringere, & limitare ad certum tempus, vel locum, seu personas, resoluit Soarez d. *tom. 4. disp. 28. sect. 7. dub. 6.* Gutierrez *Canonic. lib. 1. cap. 27. num. 18. & 19.* Fr. Emmanuel *questionum regularium tom. 1. quest. 59. art. 8.* Fr. Ludovic. Miranda *d. quest. 45. artic. 10. conclus. 1.* Homobon. de Bonis *d. tract. 5. cap. 3. quest. 17.* Vgolin. *de potestate Episcopi, p. 1. cap. 20. nu. 6.* Cened. *d. quest. 38. num. 21. & 22.* Fagundez *d. lib. 7. cap. 2. num. 17. vbi num. 45. querit & resoluit an approbatus ab Episcopo cum limitatione personarum, veluti ad solas virorum confessiones dumtaxat, aut ad fœminarum confessiones, non virorum, sit per Bullam, aut Iubilæum eligibilis à fœminis, & à viris.*
49. Vicarios licet temporales appositos in Ecclesijs parochialibus vnitatis, & dependentibus à Religione Hierosolymitana, debere Episcopum, si simpliciter idonei reperi fuerint, approbare, tenet Aldan. d. *titul. 13. num. 6.* attestans sic fuisse decisum in *Augustana 4. Decembris 1630.*
50. Generalem Religionis posse suos subditos ex quacunque causa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extrajudicialiter à Confessionibus audiendis suspendere, refert Peregrin. in *confit. cleric. regular. part. 1. cap. 5. litt. D. in fine,* attestans ita fuisse decisum sub die 2. Julij 1627.
51. *Quæ gratis datur.* J. Gratis oportere concedi huiusmodi licentias referunt decisum Armendar. in *addit. ad recopil. legum Nauarre, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 10. resp. 5.* Garc. *de benef. part. 8. cap. 1. num. 77. in resp. ad 5.* Ego ipse *d. allegat. 25. num. 11.* secundum Lugdunen. impress.
52. Cancellario Episcopi nullo pacto licere etiam in vim taxæ antiquæ pro approbatione ad confessiones audien-

das, quam hoc decretum gratis dari mandauit, quicquam exigere, refert decisum in vna Aprutina Aldan. d. *tit. 13. num. 8.*

Sub verbis supra relatis contineri præceptum quo præcipitur Episcopis vt huiusmodi approbationem gratis impendant, non contineri verò conditionem necessariam, qua non seruata, non valeat approbatio, asserunt Soar. d. *tom. 4. disp. 28. sect. 5. num. 10. in fine,* Fagundez *d. lib. 7. cap. 2. num. 66.*

Non obstante quacunque consuetudine, etiam immemorabili, &c.] Neminem admitti posse ad Confessiones secularium audiendas, nisi sit approbatus ab Episcopo quocunque privilegio & consuetudine etiam immemoriali, non obstante ex sacra Congregat. decisione dicit resolutum Rota *decis. 655. num. 1.* apud Farinac. *p. 1. in posthum. & num. 4.* subdit non videri Concilium in præfenti fuisse ius quæ situm Prælato inferiori vigore concordia, vel arbitralis sententiæ à Sede Apost. ex certa scientia confirmata. Eadem Rota apud Tambur. in *sum. tom. 3. de iure Abbatum decis. 49. à num. 1.* Hinc tolli consuetudinem antiquissimam Sacerdotum, qua alij alijs mutuo confitebantur ante Concilium absque vlla alia approbatione, tradit Tolet. in *instruct. Sacerd. lib. 3. cap. 13. num. 5. ad fin.* quem refert, & sequitur Fagundez *d. lib. 7. cap. 2. nu. 94.* vbi similiter asserit abrogatam esse antiquam illam consuetudinem, qua olim solebant Parochi committere suas vices cuicumque Sacerdoti volebant, hodie namque post Concil. Trident. non posse à Parocho dari licentiam suis parochianis ad confitendum alijs, nisi sint ex approbatus ab Ordinario, merito resoluit Fr. Emman. in *summa tom. 1. cap. 60. num. 2.* Nugn. in *addit. ad 3. part. quest. 8. art. 5. dub. 6.* Gambarupta *de casibus reseruat. cap. 2. num. 20.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Parochus, different. 4. & verb. nullitas, different. 5. vers. septimo.* Fagundez *d. præcept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 42.* Squillante *de privileg. clericor. cap. 1. num. 70. vbi num. 73.* post Gutier. *canon. lib. 1. cap. 27. num. 21.* Villalob. in *sum. tom. 1. tract. 9. difficult. 49. num. 9.* Petr. Fay *de Pœnitent. quest. 8. art. 5. disp. 1.* Antonin. Diana *moral. resolut. tom. 2. tract. 4. de Sacram. resol. 46.* Ioann. de Lugo *d. tract. de Pœnit. disp. 21. sect. 1. num. 6.* Bartholom. à S. Fausto *d. lib. 6. quest. 18.* & Nicol. Garc. *de benef. part. 5. cap. 8. num. 132.* tenet delegatum posse esse alium Parochum eiusdem diœcesis, vbi delegans habet beneficium parochiale, vel sacerdotale approbatum ab Ordinario loci vbi exerceri debet hæc iurisdicção, refert Ego ipse *de officio & potestate Parochi cap. 19. num. 27.* & tolli consuetudines præcedentes, & non futuras resoluit Anguian. *de legib. lib. 2. controuers. 20. num. 21. & 22.*

Quisque ordinandus vilis sit Ecclesiæ, & in ea adscribatur, functurus suis ibidem muneribus. Desertor punitur. Nemo peregrinus sine litteris commendatijs sui Ordinarij celebret.

C A P V T XVI.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Adscriptio alicui Ecclesiæ in ordinatis fieri debet in ipsa promotione.
- 3 Locum habet etiam in familiaribus triennialibus Episcoporum.
- 4 Presbyteros, & clericos ascriptos Ecclesijs non potest Episcopus ob necessitatem Ecclesiæ cogere ne discedant ab ea causa sündij.
- 5 Ordinari nullus potest cõtra prohibitionem sui Prælati.
- 6 Subditus alienus ad celebrandum, & ad sacramenta administranda admittendus non est sine commendatijs proprij Episcopi.
- 7 Commendatijs litteræ denegandæ non sunt ab Episcopo Sacerdotibus, & clericis, qui non habent be-

neficia residentiam requirentia.

- 8 Commendatijs litteræ pro clerico peregrinari volente sunt obtinendæ ab eo, qui huiusmodi clerici Ordinarius fuerit.
- 9 Episcopus prohibere potest ne Regulares in eorum Ecclesijs Sacerdotes seculares externos diuina officia celebrare permittant.
- 10 Episcopus potest admittere Sacerdotes externos habentes litteras dimissorias suorum Ordinariorum ad Sacramenta administranda.
- 11 Clericus peregrinus potest sine litteris commendatijs ad celebrandum admitti si fidem faciat de sua ordinatione.
- 12 Clericus ascriptus seruitio alicuius Ecclesiæ non po-

Cap nemi- nem. 70. dist. 6 Et canonu cita torum fess 24. c. 17. e Concil. Ni- cenū c. 15. & 26. c. Sāctorū 70. dist. c. rug. de cler. pe- regr. Concil. Antioch. c. 7. d. 1. Carth. Cōcil. Chal- cedonēsic. 13. Cōcil. Aquil- granen. c. 59. & 61. Concil. Epaunen. c. 6. Concil. Aure- lian. 3. c. 15. c. 5. Laodic. 41. 3. Carthagi- cap. 28.

est abesse inconsulto Episcopo.

13 Episcopus non potest ante ordinationem exigere ab

ordinando promissionem de inferuendo certa Ec- clesie.

Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesijs, sancta Synodus, vestigijs sexti canonis Concilij Chalcedonenſis inhaerendo, statuit, vt nul- lus in posterum ordinetur, qui illi Ecclesie, aut pio loco, pro cuius necessitate, aut utilitate assumitur, non ascribatur, vbi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus. Quod si locum in- consulto Episcopo deseruerit, ei sacrorum exercitium interdicitur. Nullus præterea Clericus peregrinus sine commendatitijs sui Ordinarij litteris ab vilo Episcopo ad diuina celebranda & Sacramenta admini- stranda admittatur.

1. Vide Aldan. in compendio canon. resolut. lib. 2. tit. 8. nu. 3. cum seqq. Sel. in selectis canon. c. 13. ex nu. 25. incipit de officio, & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 21. a princip.
2. a. Cum nullus debeat ordinari qui iudicio sui Episcopi, &c.] Adſcriptionem alicui Ecclesie in ordinarijs fieri debere in ipsa promotione, refert decifum Garc. de benefe. p. 2. cap. 5. num. 101.
3. Locum habere etiam in familiaribus triennialibus Episcoporū, qui ad titulum patrimonij possunt promoueri, nam & istos debere ascribi alicui Ecclesie ordinantis, asserit resolutum Sel. d. cap. 13. num. 25.
4. Presbyteros, & clericos adſcriptos Ecclesijs non potest Episcopus ob necessitatem Ecclesie cogere ne difcedant ab ea causa studij, immo tenetur illis dimissorias, seu commendatitias litteras concedere, vt per Aldan. d. tit. 8. num. 4. attestans sic fuisse de cistum sub die 11. Martij 1617.
5. Nullum posse contra prohibitionem sui Praelati ordinarj, aut de illo conuerti, seu ab eo appellare, eo quod illum ordinare velit, resolut Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccles. resol. 587. in 2. edit. alias in 1. edit. decif. 693. & faciunt supra dicta fess. 21. de reform. cap. 2. super illa verba, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos.
6. Nullus præterea clericus peregrinus, &c.] Alienum subditum ad celebrandum, ac Sacramenta administranda admittendum non esse sine commendatitijs proprij Episcopi, tenent per hunc text. Henriq. in sum. lib. 10. cap. 34. §. 6. in fine. Fr. Etman. quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 121. art. 1. Campan. in diuersis canon. rub. 9. cap. 6. num. 1. Marc. Anton. Genuenſ. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 40. num. 1. Hieron. Roder. in compend. quæſt. regul. resol. 25. num. 17. Ego ipse d. part. 2. alleg. 21. num. 1. in fine.
7. Denegandas non esse huiusmodi commendatitias litteras ab Episcopo Sacerdotibus, & clericis, qui non habent beneficia in titulum residentiam requirentia, referunt decifum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 63. Campan. d. rub. 9. cap. 6. nu. 4. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccles. decif. 598. in 1. edit. alias resol. 524. in 2. edit. Ego ipse d. alleg. 21. num. 5.
8. Litteras commendatitias, sine quibus ex hoc cap. clericus peregrinus ad diuina, & Sacramenta administranda admitti non debet, esse obtinendas ab eo, qui huiusmodi clenci Ordinarij fuerit, asserit resolutum Armendar. d. l. 7. de Episcopis, num. 56. quem refero Ego ipse d. alleg. 21. num. 4.

Episcopum loci Ordinarij prohibere posse ne Regularis in eorum Ecclesijs Sacerdotes seculares externos diuina officia celebrare permittant, nisi prius ab ipso Episcopo visis litteris commendatitijs ipsi Sacerdotes admitti fuerint, referunt decifum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra. lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 55. Galet. in margarita casuum conscient. verb. Missa. Nald. in sum. eod. verbo, nu. 35. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccles. resol. 635. in 2. edit. & in decif. curie Archiep. Neapol. decif. 298. p. 4. Homobon. de Bonis de examine eccles. traß. 12. c. 4. q. 16. resol. 3. p. 459. Ego ipse d. alleg. 21. num. 8.

Episcopum posse admittere Sacerdotes externos habentes litteras dimissorias suorum Ordinarij ad Sacramenta administranda, sicut poterat ad Missa sacrificium, dummodo illi verè idonei sint, refert Armendar. d. l. 7. de Episcopis, num. 83.

Sacerdotes exteri seculares, qui absque licentia Ordinarij celebrant in Ecclesijs Regularium, incurrunt penas inflictas in Synodo diocesana, & Sacrificia, seu præfeli Ecclesiarum regularium adstringi possunt ad non permittendum celebrationem prædictam, nisi exhibita licentia Ordinarij, Sel. d. cap. 13. nu. 28. vbi refert decifum in Neapolitana 17. Augusti 1630.

Clericum peregrinum posse sine litteris commendatitijs ad celebrandum admitti si faciat fidem de sua ordinatione, resoluunt Nauarr. consil. 1. sub nu. 1. de celebr. Missar. Aloyſ. Ricc. in decif. curie Archiep. Neapol. part. 1. decif. 150. si tamen huiusmodi commendatitias litteras clericus peregrinus non habuerit, nec fidem fecerit, nullo iure esse suspensum, sed posse sechſo scandalo celebrare, tenent Nauarr. in man. cap. 27. num. 153. & consil. 5. de celebr. Missar. in antiq. alias consil. 1. de cleric. peregr. Sayr. in floribus decif. sub illo tit. de celebrat. Missar. decif. 5. Henriq. d. §. 6. in commento littera T. Valer. Reginald. in praxi fori panitent. lib. 29. num. 52. vers. tantopere, Ego ipse d. allegat. 21. num. 3.

Clericum adſcriptum seruitio alicuius Ecclesie non posse abesse inconsulto Episcopo, asserit Sel. d. cap. 13. nu. 28. attestans sic fuisse resolutum in Terracinen. 19. Februarij 1628.

Episcopum non posse ante ordinationem exigere ab ordinandis promissionem de inferuendo certa Ecclesie, etiam post obtentum beneficium simplex residentiam non requirens, dicit Sel. d. c. 13. num. 29. vbi refert decifum in Lauretana 15. Aprilis 1628.

Exercitia minorum Ordinum restitui debent assignatione facta fructuum simplicium beneficiorum, vel fabrica. Deficientibus tamen clericis calibatam colentibus sufficiantur coniugati monogami tonsurati, & induti clericaliter in Ecclesia.

C A P V T XVII.

- 1 Ordo necessari⁹ est ad filios spirituales multiplicandos.
- 2 Irregularis fit clericus exercendo scienter Ordinem, quem non habet.
- 3 Bigamus excluditur à clericatu.
- 4 Bigamus non pot est consequi Ecclesiastica beneficia,
- 5 Bigamus effectus bigamia interpretatiua non potest mortua vxore dispensari per Episcopum vt in Ordine suscepto ministret.
- 6 Dispensare an & quando possit Episcopus in bigamia vera, vel interpretatiua.

